

Heinrich Rudolph Redecker

**Heinricus Rudolphus Redeker/ I.U.D. P.P. Univers. Rost. Rector, Sereniss. Ducis
Mechlenb. Consili. & Consistorii Ducalis Assessor Ad Exequias, quas
Nobilissimae Matronae Dorotheae Levetzowen/ Viri Maxime Reverendi &
Amplißmi Dn. Joachimi Lutkemanni SS. Theol. D. Excellentissimi, Universitatis
huius Professoris, & Ecclesiae Jacobaeae Ecclesiastae olim vigilantissimi,
postea Serenissimi Ducis Brunsvicensis & Lunaeburgensis Generalissimi
Superintendentis fidelissimi, & Consistorii Assessoris gravissimi &c. Viduae
Liberi moestissimi paratas cupiunt, Omnes Reipb. Acad. Cives officiose &
amanter invitat : [P.P. Rostoch. sub sigillo Acad. die 22. Maii Anno 1666.]**

Rostochii: Kilius, [1666]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn773012044>

Druck Freier  Zugang



159
HEINRICVS RU-
DOLPHVS *Redeker* / I. U. D. P. P.

Univerf. Rof. RECTOR, Serenifs. Du-
cis Mechlenb, Confili. & Confiftorii Ducalis

Assessor

Ad Exequias,

quas

Nobiliffimæ MATRONÆ

DOROTHEÆ

Levetzowen

VIRI Maxime Reverendi & Ampliffimi

DN. IOACHIMI LUTKEMANNI

SS. Theol. D. Excellentiffimi, Universitatis

hujus Professoris, & Ecclefiz Jacobæ Ecclesia-
stæ olim vigilantiffimi,

postea

Sereniffimi Ducis Brunfvicenfis & Lunæburgenfis

Generaliffimi Superintendentis fideliffimi, & Confi-
ftorii Assessoris graviffimi &c.


Viduz

Liberi mœstiffimi

paratas cupiunt,

Omnes Reipb. Acad. Cives officiofe & amanter invitat.

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII, Acad, Typogr.



F.P. Lütke mann, Dorothea 1666

107

HEINRICVS R. U.
D. O. P. U. S. S. I. S. T. A. T. I. C. U. S.

Univer. Rost. Rector, Senatus Du-
cam. Rost. Consili. & Confessorii Ducalis
Auctor.

Mobilis in R. O. V. E.
DOROTHEA

Libri

D. JOACHIM L. V. KEMANNI

ss. J. h. o. l. D. Excell. in Univ. Rost.
hujus Professoris & Rost. h. o. l. R. e. c. t. o. r. i. s.

Senatus Ducis Brunsvicensis & L. u. r. b. u. r. g. e. n. s. i. s.
Generalis in superiorem h. o. l. & Cons.
h. o. l. A. l. l. o. r. i. u. m. & C. o. n. s. i. l. i. u. m.

Libri

Univers. Rost. Consili. & Confessorii Ducalis
Auctor.



Salutem!



Risca Romanorum gens,
uti legum religiosissima fuit
cultrix, ita pœnam, illicito fa-
cto adæquatam, Legum trans-
gressoribus irrogavit, & præ-
mia, quibus homines ad vir-
tutis studium magis magisque
alliciuntur, bene meritis ju-
stissime decrevit. Neque
hanc æqui bonique censuram
inter vivos duntaxat observavit, sed & conspicuo discri-
mine, ut cuiq; post mortem, ex merito, honestum funus
fieret, constituit: ne virtutis laus, & gloria bene parta,
cum ipsa vita humana sepeliretur. Unde obscurorum
hominum, & qui nullo facto inclaruerunt, exequias, si-
ne pompa ac solennitatibus fieri voluerunt, quas inde,
â formâ deducendi, tacitas ac tralatitias dixerunt. Quia
tenuioris conditionis homines, vespertino tempore ut
plurimum efferebantur, & â vespis seu vespillonibus, cum
funebri pompa duci nequirent, portabantur: Hono-
ratorum autem corporibus exanimatis, quorum de-
meliori luto Titan præcordia finxerat, quique plus,
quam

quam ut in silentio terræ demandarentur, merebantur, exequias, sine solenni ritu & pompa nunquam adornabant, illasque, à formula convocandi, indictivas, appellabant. Populus enim, ut ad honestandas exequias statuto tempore conveniret, per præconem ad funus evocabatur, unde etiam indictum funus, uti Johannes Rosinus inter antiquitates Romanas refert, dicebatur. Tales indictivas exequias, *Vir maxime Reverendus D N. JOACHIMUS LUTKEMANNUS, SS. Th. D. & Prof. hujus Universitatis olim celeberrimus, & Ecclesie præclarum decus, postea Serenissimi Ducis Brunovicensis ac Lunaburgensis Generalis Superintendens vigilantissimus*, non tantum de hac nostra Universitate, verum etiam de Ecclesia Christi inter maximos egregie meritis, cujusq; stupenda eruditio, juxta & vitæ innocentia, quæ duo raro nimium combinantur, non programma tantum, quod propter paginarum angustiam, decumanas ejus virtutes exponere nescit, sed sacrum parentale jure exposcit, cū An. 1655. ex calamitosa hac miseriarum valle, non sine damno publico, exiret, omnino meruit. Nec Præficus, quas Romani deducendis funeribus adhibebant, ut mercede conductæ lamentarentur plangerentve, opus habuit, cum relinqueret, qui ejus mortem acerbissimis lacrymis lugerent. Quos inter *fœmina Nobilissima DOROTHEA Levizowen* / vidua ejus tunc temporis mœstissima, ceu verū honestissimarum matronarum ornamentum, haud postremo loco ponenda est. Hæc autem, cui & hodie ultimus honor decernitur, iustaque solvuntur, cum non tantum viri, de cathedra Ecclesiastica & Scholastica meritisissimi, honore, quo viduæ, quoties statum suum non mutant, gaudent, splendeat, sed & suapte stemmatis simul & virtutis encómium mereatur, indictivum etiam
funus

funus, quo honorifica ejus memoria ad posteritatem transmittatur, honestissimis certe modis requirit. Egerminata autem est in hanc mortalis & ærumnosa vitæ lucem, octavo die Novembr. Anno 1612. ex generosa Nobilissimorum de *Levezow* familia, quã ultra aliquot secula in Ducatu Mechlenburgico floruisse, & inde, ad immortalẽ suæ gentis splendorem, sagatæ simul & armatæ militiæ egregios viros, exteris etiam Principibus magno subministrasse numero, annales referunt. Genitorem habuit *Virum Nobilissimum & maxime Strenuum* HENRICUM de *Levezow* hereditarium in *Linou* & *Zienstorph* / Genitricem autem, Fœminam virtute simul & origine *Nobilissimam* ANNAM *Speckin* / ex domo *Kammerich* profapiam ducentem generosam. Ex linea paterna Avus ipsi fuit *Vir generosa nobilitate Strenuus* MORITZ de *Levezow* DN. hereditarius in *Linow*. Avia DOROTHEA de *Leesten* / ex domo *Göttin* / fœmina multis nominibus deprædicanda, quæ patrem habuit ACHIM von *Leesten* DN. in *Göttin* / Matrem DOROTHEAM *Reventlow* / de domo *Zischendorph* / horum parentes fuerunt *Levin Leesten* in *Göttin* / & ADELHEID *Welgin* / de domo *Wesin*. Proavum Paternum laudavit *Virum Nobilissimum* ACHIM de *Levezow* DN. in *Linow*. Proaviam haud minoris dignitatis ADELHEIT *Schmeckers* / ex nobili domo *Wüstenfelde* ortam. Abavus Paternus fuit *Vir Nobilissimus & maxime Strenuus* HEINRICUS de *Levezow* Hereditarius in *Luno* / cujus conjux virtutum laudem meretur ANNA *Belowen* / de domo *Klinck*. Ex linea autem materna Avum habuit *Virum Nobilissimum & maxime Strenuum* NICOLAUM *Speckin* / DN. in *Kammerich* / cujus Uxor fuit *Levecke Bülow* fœmina nobilissima, de domo *Bolz*

mo Bolkow / cujus pater fuit CHRISTOPHER Bülow
ejusdem domus hereditarius: Mater autem ANNA
Preen de domo Wolde. Illius pater fuit BERENHAR-
DUS Bülow hereditarius in Bolkow / mater Clara
vonder Lühe de domo Lypen. Proavum *Virum Nobilif-
simum & maxime Sirenum* VALENTIN Spectin/heredi-
tarium D N. in Kammerich/ qui conjugali foedere sibi so-
ciatam habuit Foeminam *Clarissime* Domus HYPOLI-
TAM Crammon/ ortam ex domo Borckaw. Abavus
fuit MATTHIAS Spectin in Kammerich hereditarius,
qui uxorem amavit decoratissimam ANNAM Karbachs
ex Marchia oriundam. Reliquos majores paternæ lineæ,
tum propter angustiam temporis, tum propter program-
matis censuram, ordine recensere haut suppetit, fuerunt
autem, VOSSII, OLDENBURGII, GENSII, STRA-
LENDORPHII, BIBOVII, REKENTINII, HAHNII, &
ZEPLINII: Maternæ autem TULENDORPHII, LE-
STENII, TESSINI, ROSII, PRENII, LUHII, MOL-
TZAHNII, quorum virtutes laudesque, si opus fuerit,
aliis decantandas relinquimus, nobis sufficit, nec ex ple-
bea sorte pie defunctam originem duxisse, nec stemma-
tis splendorem dedecore quodam induxisse, cum castita-
tis, pietatis, & bonæ matronæ clarissimum fuerit exem-
plar. Ab hisce itaque generosæ nobilitatis familiis, pri-
mum virtutum succum castitatis, modestiæ, & pietatis
hausit, primosque igniculos traxit; Illaque virtutum
semina, cum in primis infantia diebus, per sacrum bap-
tisma, albo Salvandorum esset inscripta, solerti parentum
cura & industria, tam firmiter radices sensim egerunt, uti
crescente ætate virginales virtutes omni pietatis splen-
dore suapte sponte, cū & in Cœnobio Malchinensi per in-
tegrum annū virtutib⁹ muliebribus operā dederit, exor-
naret,

naret, nihilque à se alienum crederet, quod, ad augen-
dos pietatis conatus, quicquam posset conferre. Non-
desuerunt proinde, qui pie defunctam, postquam ad nu-
biles pervenerat annos, honeste ambirent, quorumque
amorem sibi honestis moribus conciliarat. Verum enim
vero uti conjugalis felicitas à Deo, ita etiam conjugia,
in cœlo fieri, aurea est, & quovis oraculo verior, Chri-
stianorum sententia: proinde 13. April. Anno 1631. *Viro No-
bilissimo & maxime Strenuo* DN. HEINRICO de SEVEHOW
Hereditario in **Schorentin** sacro fœdere juncta est.
Quod matrimonium, uti prævio consilio, præviaque
invocatione divini numinis, & benedictione sacerdotali
fuit initum, ita felix juxta & jucundum fuit, nec ulla un-
quam, quod ad exemplum boni conjugii poterat suffice-
re, inter conjuges concordēs dissidia fuerunt: liberos au-
tem pie defuncta enixa est quatuor MARGARETHAM,
ANNAM SOPHIAM, CATHARINAM DORO-
THEAM, & HEINRICUM, qui omnes, inverso mor-
talitatis ordine, matris mortem anticiparunt, exceptâ
MARGARETA primogenita, quæ omni virtutum ge-
nere decoratissima virgo, vivente vitrico *Viro maxime
Rev.* DN. D. LUTKEMANNO, cujus paternum amo-
rem, non aliter ac si naturalis & germana ejus filia esset,
abunde sensit, *Viro Generoso & maxime Strenuo* DN. HIE-
RONIMO *Im. Hoff*/ Serenissimi Ducis Brunovicensis
& Luneburgensis Consiliario aulico secretiori solenni
nuptiarum ritu elocata est. Quoniam autem omnia,
mortalia sui inconstantiam subinde persentiscunt, ita
primi hujus matrimonii felix participatio, haud unicum
supergressa est lustrum, siquidem 4. Febr. Anno 1637. cum
propter tumultus bellicos, indeque provenientes deva-
stationes & desolationes horribiles, Ducatus hujus mi-
ferrima

1637

ferrima esset facies, optimum vitæ fortunarumque soci-
um, cujus consilio auxilioque tunc temporis maxime
indigebat, insperata quidem, beata tamen morte amisit.
Illo tempore proinde vere vidua facta, h. e. intempestive
idua, seu à viro divisa est: per se enim imbecilla res est fo-
mina, & affert infirmitati naturali non leve pondus,
quod vidua est; Huic etiam proprium illud accedit. Quod
in solitudinem conversa sunt, quæ præsidia fuerunt,
Quintil. decl. CCCXXVIII. dicit. Fuerunt ex Nobilissimis
Mechlenburgici Ducatus viris, qui eam honestè ambi-
rent, & ad secundas nuptias adhortarentur: Cœterum
cū, intervarias vitæ antea factæ calamitates, se Deo suo de-
votius religiosiusque mancipasset, Impetrato parentum,
Nobilissimorum consilio & consensu, vitam illam civi-
lem religiosiori vitæ postposuit, adeoque Anno 1637. cum
Viro Reverendo multum & Clarissimo DN. M. ZACHARIA
Teutschen Archidiacono Jacobæo fidelissimo, secunda-
rum nuptiarum fidem fœdusque inivit. Quod matri-
monium, uti æquo conjugum consensu fuit beatum, ita
ultra spem votumque breve nimium, atque adeo annu-
um duntaxat esse voluit supremus vitæ mortisque arbi-
ter. Post humatum tamen hunc maritum secundum
geminos enixa est, ZACHARIAM, qui ante annum vi-
tam satis aliàs miseram cum beata morte commutavit; &
SOPHIAM DOROTHEAM, quæ *Viro Reverendo mul-
tum & Praelaro DN. JOHANNI Schulzen* Ecclesiastæ
Marbegeni in Ducatu Brunovicensi nupsit. Finito lu-
ctus anno, quia tenuis admodum viduarum Ministro-
rum Dei hic loci conditio est, non potuit se suamque fa-
miliam sola sustentare, liberorumque educandorum
onus sustinere. Quocirca, habitâ prius cum Nobilif-
simo Domino parente maturâ deliberatione, viro nun-
quam

quam sine honoris & reverentiæ titulo nominando *Plurimum Reverendo & Amplissimo* DN. JOACHIMO LUTKEMANNO *SS. Theol. Doctore Excellentissimo, Ecclesiastæ Jacobæo disertissimo & incomparabili, Professore bujus Academia Physicæ & Metaphisicæ celeberrimo,* Deo sic paterne disponente, in spem tertii matrimonii, desponsata est: adeoque consuetam nuptiarum solennitatem 1. die Octobr. Anno 1639. celebravit. Hæc inter sponsalia autem, & subsequentes nuptias, maximum experta est pie defuncta damnum, luctumque, quando Nobilissimi DN. Parentis, qui hactenus consilio & auxilio variam dilectissimæ suæ filiæ fortunam moderari consueverat, beatam mors, conceptam novi matrimonii lætiam turbavit. Uti enim ille brevi post inita sponsalia fati concessit, ita brevissime ante nuptias, jam tum indictas, Bentwvvisci in sepulcrum avitæ simul & nobilissimæ gentis de *Lebezowen*, ad novissimum usque diem, & indubitatam mortuorum resurrectionem, solenni ritu reconditus est. In tertio hoc matrimonio clementior visa est cœli facies: hunc autem maritum, qui apud omnes optimi viri, celeberrimi Professoris, & disertissimi juxta & fidelissimi verbi Divini Præconis nomen laudemque jure merebatur, non minus ac anteriores, Saræ instar colebat, caput ejus venerabatur, & ita omni amoris honorisq; cultu ad nutum mariti paratissima erat, ejusq; voluntatem observantissime prosequabatur. Fuit proinde hoc matrimonium, sive conjugum spectemus animorum individuum conjunctionem, sive ipsius conjunctionis fecunditatem, felicissimum. Nunquam enim in gratiam redierunt suavissime viventes conjuges, qui nunquam mutuam amorem deposuerunt; nec ipsis necesse fuit ad templum *Dæ Viriplacæ*, in quo Romæ dissidentes conjuges convenire solebant, ut æquis conditionibus in gratam conjunctionem


nem redirent, accedere, qui pro honesto amore, & mutua animorum combinatione, pari decertabant fervore. Nec parum ad conservandam illibatam animorum concordiam faciebant liberi: DOROTHEA enim nostra pie defuncta, honesta & numerosa prole, in qua haud modica humanæ vitæ felicitas consistit, svavissimum suum maritum beavit, exhilaravitque, siquidem decem liberos, ceu pignora conjugalis amoris, scilicet CATHARINAM, JOACHIMUM, SAMUELEM, HANNAM, CONSTANTIAM, ANNAM CONCORDIAM, ANASTASIUM, SOPHIAM, ELISABETHAM, AUGUSTUM, LEONORAM CHRISTIANAM, & CHRISTIANAM MAGDALENAM, adeoque quatuor filios, & sex filias, felici partu enixa est. Ex quibus duo filii SAMUEL & ANASTASIUS adhuc superstites & præsentibus, quibusq; divinâ benedictionem ex animo precamur, matris dilectissimæ funus lacrymis calidis prosequuntur. Filia etiam quatuor, ut ANNA, ANNA CONCORDIA, LEONORA CHRISTIANA & CHRISTIANA MAGDALENA, huc dum vitali aurea fruuntur; Ex hisce CATHARINA *Viro multum Reverendo & Clariss. DN. JOHANNI CONRADO Sachsen/Pastori Hallensi ad Visurgim*, ANNA CONCORDIA autem *Viro Pl. Reverendo & Clariss. DN. CHRISTIANO Schmidt Ecclesiastæ Wolferbyt. fidelissimo*, nuptui datæ sunt: reliquæ duæ, quibus divina clementia paternè providebit, pietissimæ matris funus eo acerbius lugent, quod utroque parente orbatæ sunt. Matrimonium illud, quamvis suo modo felix & sæcundum fuerit, nullatenus tamen ab omni parte beatum dicendum; notum siquidem plerisque hujus civitatis incolis est, quam infelici hujus Urbis fato, pie defunctus DN. D. LUTKEMANNUS, cum summo tum Studioforum, tum Auditorum suorum Ecclesiasticorum dolore

dolore, lacrymisq; ue, Anno 1649. hinc emigrarit. Quæ
tamen egregii Viri cõditio, ipsi ne utiquam in detrimen-
tum, sed in amplissimum majoris dignitatis fastigium,
versit. Cum enim *Serenissimo Principi ac Domino DN.*
AUGUSTO, Duci Brunovicensi & Lunaburgensi Celsissimo,
turbatus hujus viri Status innotuisset: Generalissimi Su-
perintendentis, Supremi Concionatoris aulici, Assessoris,
Consistorii Judiciiq; Ecclesiastici, & Abbatis Cœnobii Rid-
dagshufani officium, ipsi clementissime decrevit & obtu-
lit: adeoq; , quod infortunium primo facie videbatur, in-
maximum ipsi cessit honoris & bonorum emolument-
tum. Fuit Vir iste nunquam satis laudandus, quiq; per-
petuam famæ gloriam obtinuit, in illa Illustri statio-
ne, Serenissimo suo Principi charus, Ecclesiæ Christianæ
utilis, suis providus, & omnibus exemplo; donec An. 1655.
ex humanæ hujus miseriæ ergastulo, ad æternam beatitu-
dinem esset evocatus. Quid mirum, si *unquam* nostra in-
opinatam dulcissimi conjugis mortem acerbissime tulerit,
cum virum optimum, piûm, & æstimatissimum ami-
serit, adeoq; nec diem nigriorem aut infaustio rem, in to-
to vitæ curriculo, experta sit. Quoniam autem Verbi Di-
vini semper amantissima fuit, in voluntate Dei, cui re-
fragari nefas est, tandem quievit, liberorumq; suorum
curam solícite & laudabiliter, in illud tempus, quo ex hac
vita in æternam gloriam vocata est, sustinuit. Morbum
ejus, mortemq; beatam quod attinet, notum est, illam,
propter negotia ac res hic relictas, sapius, ut rite admini-
strarentur, huc rediisse: proinde circa Festum incarnatio-
nis Christi, febrili aliqua correpta est, quæ ita accrevit, ut
circa vesperam dicti festi, decumbere cœperit. Cumque
morbi vis majores cottidie vires assumeret, Medicorum
Experientissimorum DN. JOHANNIS BACHMEISTERI
& DN. SEBASTIANI Würdig Medicinæ DD. & PP.
Excellen-


Excellentissimorum, sapius probatam medendi artem expetivit; qui etiam nihil, quod restituenda sanitati prodesse posset, intermiserunt, sed pretiosa medicamenta, ut morbi vim repellerent, prudenter quidem, sed frustra, quia morbi vis naturam devicerat, adhibuerunt. Cum itaque pientissima femina terminum vitæ instare, numerumque dierum, quem homo superare nequit, *Eccles. 17. c. 3.* absolutum esse, sentiret, voluntatem suam voluntati divinæ commisit, relictisque rerum humanarum cogitationibus curisque, toto pectore se ad Salvatorem convertit, & postquam Sacra Synaxi, in certitudinem vitæ æternæ esset usa, animam suam, consolationibus divinis plenam, inter devotas preces, cum filios, mœstissimis oculis adstantes, divinæ benedictioni commendasset, octavo die febr. inter quintam ex sextam matutinam, conditori Deo & Redemptori placide reddidit.

Cum itaque Nobilissimæ hujus matronæ pie defunctæ corpus, terræ matri, hodie hora prima, iterum sit reddendum, neminem, qui non ultrò & suapte sponte debitum pietatis officium ipsi præstare & justa solvere velit, fore confido; Ex officio tamen, quo in præsentiarum fungor, omnes cujuscunque ordinis Cives Academicos, prout cujuscunque dignitatis vel status ratio exposcit, rogatos monitosque volo, ut hora post meridiem prima, in æde Jacobææ frequentes conveniant, funerisque hanc deductionem, honorificam suam præsentiam, auctiorem augustioremque efficiant. Ita suum quisque fatum secum in animo reputabit, ultimumque honoris officium Clarissimo LUTKEMANNO, de nostra Academia, Urbe, & tota Ecclesia Christi, dexterime merito, ejusque pientissimæ viduæ, quæ se Mariti honoribus nunquam indignam reddidit, exhibebit.

P. P. Rostock. sub sigillo Acad. die 22. Maij Anno 1666.



naret, nihilque à se alienum crederet, quod pietatis conatus, quicquam posset condefuerunt proinde, qui pie defunctam, p- biles pervenerat annos, honeste ambiret amorem sibi honestis moribus conciliare, vero uti conjugalis felicitas à Deo, ita in caelo fieri, aurea est, & quovis oraculo Christianorum sententia: proinde 13. April. At *bilissimo & maxime Strenuo* DN. HEINRIC Hereditario in Schorentin sacro facti Quod matrimonium, uti praevio consilio invocatione divini numinis, & benedictio fuit initum, ita felix juxta & jucundum quam, quod ad exemplum boni conjugum, inter conjuges concordēs diffidia fuerit pie defuncta enixa est quatuor MARGARETAM SOPHIAM, CATHARINAM THEAM, & HEINRICUM, qui omne talitatis ordine, matris mortem anticipavit MARGARETA primogenita, quae omnino decoratissima virgo, vivente vitri *Rev. DN. D. LUTKEMANNO*, cujus rem, non aliter ac si naturalis & germana abunde sensit, *Viro Generoso & maxime* RONYMO Sm. Hoff / Serenissimi Ducis & Luneburgensis Consiliario aulico & nuptiarum ritu elocata est. Quoniam mortalia sui inconstantiam subinde per primi hujus matrimonii felix participatio supergressa est lustrum, siquidem 4. Febr. propter tumultus bellicos, indeque praestationes & desolationes horribiles, D



gen-
on-
nu-
que
nim
gia,
Chri-
No-
gow
est.
que
otali
un-
fice-
sau-
AM,
RO-
mor-
eptā
a ge-
ime,
amo-
esset,
HIE-
ensis
enni
nia,
ita,
um-
cum
leva-
s mi-
rima